

www.e-rara.ch

**Omnium operum divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus
primus[-nonus]**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Apud inclytam Basileam, [1516]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-150989>

Amorbachii Candido Lectori. S. D.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

AMORBACHII CANDIDO LECTORI. S. D.

Scepſij, quos Ariſtotelis & Theophrasti libros, a Neleo, iure hæreditatis acceperat, timore regū Attalicoꝝ, q̄ tum unde
cunq̄ comparatis libris bibliothecā Pergamē instituebant, in hypogæum quoddā abdiderunt. Hos partim tuncis, partim
humiditate labefactos, Apelicon Theius, magno redemptos precio, restituere conatus, scriptura nō recte suppleta, publica
uit erroribus plenos. Sed ab inclinatione imperij citra, longe ſauior peſtis in optimos quosq̄ ſcriptores, & e ſacris authori
bus in Hieronymū præcipue debacchata eſt. Nam laudi cedere debuit Apeliconi, quod in operibꝝ Ariſtotelicis reponere
ſit adnixus, quæ de eſſe comperiebat. At quibus tandē crucibus digni cenſeantur, qui cum in alijs authoribus, tum in Hie
ronymo maxime, nō modo emaculare mēdas, quæ uel temporis uitio, uel inſcitia librariorum inoleuerant, ſed his quæ re
ctiſſime habebat, ſuas impurari, nāq̄ adimoliri, pollucere, adulterare, omnia deniq̄ nullo nec pudore nec iudicio, interuerte
re ſunt auſi. Verū de his in prioribus Tomis ab E R A S M O noſtro ſatis multa dicta ſunt; quare nos iſtis omiſſis de
inſtituti operis ratione breuiter diſſeremus. Ioannes Amorbachius parens noſter cū quatuor doctōꝝ (ut uocant) omnia
monumēta ſuis typis procudere deſtinaret, & iam Ambroſiū & Aureliū Auguſtinū haud infeliciter abſoluiffet, Hierony
mus reſtabat. Ad huius caſtigatiōē cū exemplaria, ductu humaniſſimi, doctiſſimiq̄ patris Gregorij Reiſchij Chartuſij,
ex innumeris bibliothecis comparauit; tū ex omni Germania uiros undecūq̄ doctiſſimos acciuit, nam eo planiſſime erat
animo erga reſtituendos ſacros illos ac ueteres Chriſtianæ religionis authores, ut huius rei ſtudio, nec rei pecuniariæ, nec
atati iam ingraueſcenti parceret. Inter hoſ itaq̄ quos acceſſit, Ioannes Reuchlinus in hebraicis nonnulla reſpoſuit. Conon
Norimbergensis in græcis & latinis multa caſtigauit. Sed longe plurimū momenti attulit E R A S M V S ille R O
T E R O D A M V S, qui ſi nobis in tempore contigiſſet, uel unus ad omnia fuerat ſuffecturus, uir præter eruditionem
uariam, minimeq̄ uulgarem, diligētia inſatigabili, prorſuſq̄ adamantina, iudicio exactiſſimō, & in diuinādo cū re poſtu
lar, mira quadam ſolertia. Is quatuor primos Tomos in ſe recepit, in quos addidit & ſcholia, ne poſt hac facile depruari
poſſent. Nos in hebraicis alicubi commodauimus operam, quod in his ſine nobis nollet iudicare. Porro pater cum in hoc
nos ante uelut inſtruxiſſet trium linguarū qualicunq̄ peritiā, Latinæ, Græcæ, & Hebræcæ, quod ſine horum præſidio, nihil
agi poterat in hoc negotio, tam egregio operi tandem immoriens, hanc prouinciā uelut hæreditariā nobis delegauit,
futurum ſperans, ut ſi uetus illa theologia reuiuifceret, minus ualeret ſpinoſum iſtud ſophiſtarū & frigidum theologorum
genus, & Chriſtianos haberemus magis ingenuos & germanos. Abeunt enim ſtudia in uitam, & tales euadimus, quales
quotidie legimus. Enimuero cum iuxta Iſocratem non modo paternarum facultatum, ſed & paternorum amicorum,
περί τῆς τοῦ πατρὸς ἀρετῆς οὐσίας, οὐκ ἔτι τῆς φιλοίας, τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς,
peſſere deceat, nos omiſſis optimis ſimul ac ſuauiſſimis ſtudijs, annos aliquot in hunc laborē inſumpſimus, & nonnullā
optimæ ætatis portionē Hieronymo impendimus, iſs quidē laboribꝝ, quī cuius adoleſcenti ſenium conciliare poſſent.
Primū, quantū difficultatis habuerit ueterū uoluminū uix legibiliū collatio, quorū nobis ingens copia fuit, omnibus fere
Germaniæ bibliothecis, exemplaria ſuggerentibus, ſi noſſe poterūt, qui in ea re aliquādo ſunt uerſati. Nec tota res ab exem
plaribus pēdebat, ſapenūmero inter ſe pugnantibꝝ, ſapiſſime corruptis, iudicio opus erat ad delectū, nonnunq̄ & diuina
tione, qua quidē in re magis religione opus fuit q̄ temeritate. Atq̄ in alijs quidē rebꝝ uoluptas, ſenſum laboris adimit, apt
certe mitigat: hic nihil niſi labor, & ſemp̄ eodē tenore recurrēs moleſtia. Adde qđ nullus labor moleſtior, q̄ emēdare taleis
authores, ex quo minus gratiæ reddit ad eum qui ſuſcipit. Verū hoc heroicū eſt, etiam gratis bene mereri de genere mortā
liū. Sic deus cum nullius egeat, nec ab ullo gratiam repetat, tamē omnibus benefacit. Et rex bonus conſimili eſt animo.
Quāq̄ caſtigādis authoribꝝ magnā laudē qđ cōſecuti ſunt, Ariſtarchus notus quod Homerū obelis & aſterifcis diſtin
xerit, Hermolaus nō minus clarus eſt q̄ ipſe Pliniꝝ. Libris medicorū qđ corruptius: In qbus reſtituēdis, egregiā nauauit
operā & nauat Gulielmꝝ Copus, Baſiliēſis urbis immortale decus. Iuris peritorū libris qđ deprauati: In his nō infeliciter
reſ aggreſſus Budeus, Galliæ ſuæ primū honeſtamētū. Nec hoc inferior Zaſius, q̄ in Pandectarū uolumina pari ſtudio cōmē
tarios meditat. Deniq̄ quid ſupererat Ariſtotelis: Hic adiuuit Theodorus & Argyropylus, & Leonardus Aretinus. Sic
enim prohdolor in omnibus diſciplinis, bonorū authorū monumenta, per indoctā quorundā audaciā, & audacē inſcitā
impune corrupta ſunt, ut niſi in tempore ſuccuriſſent docti, plane de his fuerit actum. Quod ſi nō omnia reſtituta ſunt in
opere tam immenſo, minime mirū uideri debet: ſiquidem nec Hercules ſuffecit aduerſus hydrā & cancrū duo monſtra.
Nos ergo qui pares eſſe poteramus aduerſus tot milia portentorū: primū iuuenes, deinde mediocri doctrinā. Certe magis
ad laborari nō potuit: & plarāq̄ omnia reſtituta ſunt, ut opinamur. Iā uero neutiq̄ reprehendēdū, ſi quid diſcrepat a ueteri
guſtu, aut ſi qđ parū aſſequaris. Alioquin magis arguēdus ipſe Hieronymꝝ, quod Græcæ & Hebrææ admifcuerit, nobis
danda uenia, ſi quod ille ſcripſit, nos reſtituimus. Nam ſi pulchrū fuit illi ſcribere, nobis honeſtum erit reſtituiſſe. Quin
potius hæc debet nos ad ſtudiū earum linguarū inhortari, ſine quibus diuinæ litteræ cognosci non poſſunt. Porro autē
hic quintus Tomus, commentarios habet diui Hieronymi in maiores prophetas, ut uocant, tam inſigneis, ut hic de eo di
ci poſſit, quod ille de Origene Canticū canticorū interpretante dixit. In cæteris uicit omnes, in his prophetarū cōmentarijs
ſeipſum. Nam iam diutino ſtudio maturuerat eruditio. Et certe uetus teſtamentum a Græcis pene neglectum uidetur,
quod nouo græce ſcripto, magis fauerent, at Hieronymus duos Cherubim ex æquo coniunxit, & abyſſum abyſſo copu
lauit. Quod ſuper eſt quandoquidē ſyncera fide ſudauiſſimus in reſtituendo Hieronymo, ueſtrū eſt o lectores, grato acci
pere animo: & dare operam, ne poſt hac deprauetur quod emendatum eſt. Nos ſane non contenti collatione latinorum
codicum tametiſi uetuſtiſſimorū, Hebræa quoq̄ conſulimus uolumina, ſicubi hærebamus, uelut in hebraicis nomini
bus, in locis hebraicis, in diſtionibus deprauatis. Sed & locos citationum magna cura adnotauimus, non ut in cæteris
ubi ſepius fallitur lector q̄ adiuuat. Præterea quoties æditio ſeptuaginta ab Hebraica ueritate diſcrepat, interuallo medio
diſtinximus, ſuo utrāq̄ titulo prænotantes. Vbi uero cōſueſcunt pēpetuō uerſum contextu, ſumus utrāq̄
complexi. Bene uale lector & fruire, & cum in his ſpiritualibus opibus uerſaberis, ſac faueas inclytæ ciuita
ti Baſilæ, quæ prima theſaurū hūc orbi protulit, fauēas officiā. Frobenianæ, in qua la
bor hic deſudatus eſt. Deniq̄ nobis, quorum immenſa pecunia, tamen nulla pecunia
æſtimandis ſudoribus reſ peracta eſt. Nam tametiſi totam pene rem
paternā in hoc opere periclitati ſumus, tamen ætatis ac
ſtudijs intermiſſi maior nobis uidet ſumptus.
Iterum uale. Baſilæ Nonis Maijs.
Anno a Chriſto Nato.
M. D. XVI.